

AD M. LUTHERVM.

concludunt. Quia dum Symbolum corporis Domini profanatur, corpus Domini profanari recte dicitur, sicut cōtemni Christus ab eo, qui contempserit Apostolum eius. Sed quid opus uerbis? Lutherus nullum uidet prodire, qui M. Luth. librum suum aduersus Carolstadium cōfutare possit, quia forte nihil quod contra scriptum est, legit. Multa autem millia Christianorum sunt, qui persuasiss. habent, eum pri dem esse abunde confutatum, & à quolibet sacræ scientiæ Tyrone, posse confutari.

RESPONSIO AD QVINTVM.

Dicit clamare nos cur Lutherus non prodit? cur tacet? V. Sed si mille libros scriberet, se nihil profecturum, apud surdos nos & furiosos, qui nihil audimus nec uidemus. O confidentem iram, & admirandum Dei iudicium, qui gloriæ suæ tam nobile organon, adeo sui ipsius obliuisci sinit, qui Christi sūt, hinc sibi quidē timeāt, sed Lutherum, tā præclarum Domini uas nequaquam execrentur. Neq; enim propter paucula humana, tam multa Dei, cōtemnent pij. Non prodire, aut tacere Lutherum nimium amaris conuicijs quib. sane fidos Christi ministros blasphemant, & consequenter, tum malis tum imprudentioribus, blasphemandi in eis Christum, ansam præbet, Euangelion remoratur, nemo est qui clamet, sed clamamus potius qui Christum colimus omnes, cur uir in scripturis tantus, quo ad tam egregia usus Christus est, non ut seruum Dei decet, placitum se erga omnes exhibet? cur non propensum ad docendum demonstrat? tolerantem malos cum man=

D 5 suctudine